

ex eodem | collegio honestam missionem missus fuerit, accipiat a collegis anulari | nomine **X** DCCC^o; item si qui ex collegis profecerit, accipiat **X** D¹⁰.

(*In pila sinistra*) exacti: | C. Aponius Vitalis¹¹ | (*et alia nomina XIX.*
in his) C. Iulius Crescentianus (*deinde*) *L. Tonneius Martialis*¹² c.¹³

(*In pila dextra*) librari: | . . Cerellius Don[atus] | (*et alia nomina XXI.*

Lambaesi, in hemicyclio et pilis duabus, illud et pilarum sinistra rep. a. 1898
in castris legionis loco antiquo (Cagnat *Comptes rendus de l'Acad. des inscr.* 1898
p. 384. 385; Besnier *mél. de l'école fr. de Rome* 1898 p. 452. 455; pilam dextram
iam vidit Wilmanns VIII 2560). — 1) Apparet praeter tabularium principis
(N. 2446), ita dictum quod eius curam agebat princeps, i. e. centurio legionis se-
cundus, legioni fuisse alterum tabularium proprie dictum legionis. — 2) Similiter
N. 2438. 2445. 9099. — 3) Idem cornicularius legionis idemque actarius, ut hunc
titulum cum librariis et exactis, ita titulum N. 2445 una cum optionibus, aliud
titulum N. 9098 cum duplicariis legionis tertiae Augustae posuerunt. — 4) Titulum
a librariis et exactis legionis secundae Parthicae, similiter una cum corniculario
legionis et actario positum, habes supra N. 2398. — 5) Piae vindicis. — 6) Quo-
rum nomina. — 7) Nota cornicularium legionis et actarium (i. e. Aemilium Cat-
tianum et Flavium Surum) sibi pepigisse, ut discedentes a militia anularium
denariorum mille acciperent a successore (non a collegio librariorum et exacto-
rum). — 8) I. e. pro introitu, cf. supra N. 2354. — 9) Multo plus, denarios
millenos et quingenos, anularii nomine accipiebant optiones (N. 2445) legionis
tertiae Augustae cum militiam relinquenter, denarios millenos armorum custodes,
sed quae summa postea aucta est (N. 9097); minores summae destinabantur ve-
teranis collegiorum supra N. 2354. 2438. — 10) Similiter denarios quingenos ac-
cipiebant cornicines 'si qui ex coll. amplio. grad. prof.' (supra N. 2354 not. 12),
millenos accipiebant (sed primum fortasse summam minorem) cum 'ad uberiorem
locum se transtulerint' armorum custodes (N. 9097). — 11) Idem C. Aponius
Vitalis Tipas. exac. recensetur in laterculo militum VIII 2567 inter milites co-
hortis tertiae loco tertio. — 12) Nomen in litura restitutum. — 13) Cerarius? Cf. supra N. 2425. 2426, ubi idem L. Tonneius Martialis modo cerarius legionis
dicitur modo librarius.

9101 Genio | tribuni|cial. | Q. Flavius | Balbus¹ | trib. lat.² | mil.
leg. | III Aug. p. v.³

Lambaesi rep. a. 1897 (Besnier *Mélanges de l'école fr. de Rome* 1897 p. 450).
In parte opposita legitur divo | Caro. — 1) Flavius Balbus cum reliquis tribunis
et Teltonio Marcello praefecto castrorum legionis tertiae Augustae (supra N. 4449)
Getae Caesari posuit titulum VIII 18078, quem, non recte l. c. suppletum, feliciter
tractavit Domaszewski *Rangordnung des roem. Heers* p. 130. 236. Idem homo ut
videtur III 95. XIV 2576. — 2) Laticlavius. — 3) Piae vindicis.

9102 Genio 7 | sacr. | T. Teren|tius Ma|ximus | optio¹ | fecit.

9102^a [Ge]njo 7 | Marti Aug.² | sacrum | C. Apon. Sa|turn. op|tio³
v. s. l. | a. | Fel.

9102^b Genio 7 Augusto sac. | M. Magullius Rufus vetranus (*sic*) |
leg. III Aug. votum solvit | laetus libens meritu[s] (*sic*).